

14-C-275

Inv. čis.: 345
Sign: 253

FRAGMENTVM
DE IVRE FISCI

EDIDIT

PAVLVS KRVEGER



I dub 39

3802-I

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXVIII

1296/y

B

VIRO EXCELLENTISSIMO

M. A. DE BETHMANN-HOLLWEG

PER DECEM LUSTRA

IVRIS PRVDENTIAE DECORI

S.

ÚSTŘEDNÍ KNIHOVNA
PRÁVNICKÉ FAKULTY
STARÝ FOND 04479
Č. inv.:

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEVNERI

Praefatio.

Fragmenti quod dicunt de iure fisci prima notitia debetur Scipioni Maffei bibliothecae capitularis Veronensis felici resuscitatori, qui annis 1732 et 1740 obiter eius mentionem fecit¹⁾. Primus transscripsit G. B. Niebuhr a. 1816 Savinique cura eodem anno editum est in annalibus *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* 3 p. 150 sq. Accuratius exemplo adiuvantibus Goescheno et Imm. Bekkero insequenti anno a Bethmann-Hollwegio confecto nituntur recentiores editiones tam Goescheni²⁾ quam Boeckingii³⁾ et

1) Verona illustrata. Verona. 1732. 8. Vol. III. p. 464: 'Più carte la-cere e sciolte d'antico majuscolo, una delle quali par fosse d'un codice delle Pandette, ed altra d'un opera d'antico Giurisconsulto; quai codici se si fossero conservati, niente si ha in tal genere, che lor si potesse paragonare'. Alterum de quo loquitur fragmentum est folium singulare Gaianarum institutionum (4, 134—144) quod postea pro parte exscripsit in opusculis ecclesiasticis p. 90 in appendice libri: *Istoria Teologica delle dottrine e delle opinioni corse ne' cinque primi secoli della chiesa*. Trento 1742 fol. Quo tamen loco utrumque fragmentum eiusdem operis particulas putare non dubitavit: 'Legum', inquit, 'mentio chartarum frusta quaedam mihi in memoriam reuocat a uetustissimo codice olim decisa, in quo antiqui iurisconsulti interpretatio habebatur, aut compendium quoddam Iustiniani institutionum. Haec uerba uelut ex horreo incenso grana aucupatus sum. Libri quarti XV titulum statim agnosces' (secuntur uerba Gaii 4, 138—144 in. i. e. pag. 1, 19—2, 22; deinde continuatur:) 'In pagella altera: ancilla Caesaris quae liberos habuit,' (i. e. *Fragm. de iure fisci* § 13) 'et in alia: secundum naturalem significationem . . . praescribi solet' (i. e. Gai. 4, 134—137 in.).

2) Gaii institutionum commentarii quattuor eruit F. L. Goeschen. *Accedit veteris iurisconsulti de iure fisci fragmentum*. Berolini 1820. 1824. 1842. 8.

3) *Insunt libro: Domitii Ulpiani quae vocant fragmenta emend.* Ed. Boecking. Lipsiae 1831. 1835. 1845. 1855. 8.

Huschkii¹⁾. Imaginem denique parum fidelem edidit Boecking una cum apographo Gaii institutionum²⁾. Singulari autem liberalitate viri illustrissimi et reverendissimi Caroli Comitis Giuliani hoc tempore bibliothecae capitularis praefecti factum est, ut mihi ipsi hoc anno denuo haec folia perscrutari liceret, et ut novam editionem pararem, operae fructus suaserunt.

Codex itaque miscellaneus bibliothecae capitularis signatus numero I praeter alia fragmenta theologica folium singulare Gaianum et in folio undecimo et duodecimo fragmentum de iure fisci continet³⁾. Quae folia utrum primitus quoque inter se cohaeruerint — quae probabilis est coniectura⁴⁾ — an saeculo demum octavo decimo in hodiernam compagem conglutinata sint, pro certo dici nequit, ut iam calidius ea primitus inter se cohaeruisse Goeschen uideatur adfirmasse. Scripturam autem semiuncialem esse ex apographo patet: quae utrum ad quintum an ad sextum vel septimum saeculum pertineat, equidem diiudicare nequeo, nec tamen procul abest ab ea scriptura, qua folia rescripta Liviana eiusdem biblio-

1) In Iurisprudentia Anteiustiniana. Lipsiae 1861. 1867. 8.

2) Ceterum inter schedas Goeschenianas quae ad Gaium spectant in bibliotheca regia Berolinensi duo exempla huius fragmenti exstant, quorum alterum altero nonnullis litteris locupletius a Boeckingio adhibitum non esse videtur. Supplementa huius apographi hoc anno Berolini a se inspecti mecum communicavit amicissimus G. Studemund.

3) In fronte codicis legitur: 'Vetera Paralipomena Mss. Codicum Capituli Veronensis, a Ioanne Iacobo de Dionysiis Veronensi canonico in unum collecta 1758'.

4) Praefixa olim saeculo VIII fuisse haec duo folia alii codici, qui opus aliquod S. Hieronymi contineret, probabiliter conicit G. Studemund: leguntur enim in folii alterius pagina recta (v. 24) partim supra ipsum fragmenti nostri contextum minio a manu saeculi VIII exaratae hae litterae *inhierm* (i. e. in Hieronymum); cumque huius rubricatoris manus si non eadem saltem coeva ei esse uideatur, cui textus Hieronymianus debetur quo Gaianae Institutiones rescriptae sunt, et haec duo folia et simul folium illud Gaianum non palimpsestum tegumento codicis Veronensis XV (13) olim adhaesisse cum magna veri similitate v. d. opinatur, cum praesertim nostrarum membranarum forma, qualis saeculo VIII fuisse videtur, ad Gaianorum foliorum formam proxime accedat.

thecae exarata sunt, quorum specimen arte lithographi expressum sed in paulo minorem formam redactum publici iuris fecit D. Detlefsen in Philologo Gottingensi a. 1859. vol. XIV p. 158. Primae capitum litterae ceteris plerumque altiores, si novus versus ab eis incohatur, in marginem sinistrum paululum prominent¹⁾: si capitum initia in medium versum incidunt, vacuo spatio ab antecedentibus separantur. Verborum distinctio nulla est. Interpunctionis non nisi unum exemplum repperi in fol. II col. 1 v. 20. Syllabarum divisio non Graecanicum sed Latinum morem cum optimis libris Romanis sequitur²⁾. In versuum exitu litterae minutae raro occurrunt³⁾. Compendia scripturae eadem fere quae in codice Gaiano sunt. Singulae paginae binis columnis exaratae sunt. Numerum versuum cuiusque columnae vicenorum quaternorum esse opinatus est Goeschen, quasi interiores certe columnae integrae ad nos pervenissent: continuari enim verba columnae quartae folii secundi eis quae in fine tertiae columnae legantur. Sed fefellit species virum doctum: nam in prima et quarta eiusdem folii columnis supra eos versus, quos Goeschen primos esse putaverat, novi et praecedentis versus vestigia luculenter mihi apparuerunt⁴⁾ insuperque ipse sententiarum nexus lacunam statuendam esse persuadere debuit. Quot autem versus in cuiusque columnae fronte interciderint, pro explorato haberi nequit: nec tamen plures quam duos vel tres abscisos esse cum ob formam membranae ueri est simile (quae quadrata magis quam oblonga videtur fuisse), tum ob id, quod verba columnae supra laudatae licet non proprie continerentur eiusdem tamen periodi esse videntur,

1) Non verum esse, quod Huschke ad § 1 voluit, librarii arbitrio in media paragrapho excurrere versus initium, imago ipsa docet.

2) Cf. I, 1, 18 relic|tum, I, 2, 13 'pig|noris', I, 3, 23 'interdic|tum', I, 4, 5 'angus|ti', II, 1, 8 'ins|tituto', II, 4, 17 pos|tulatus.

3) I, 1, 10. 15. 22. 4, 14. 15. II, 1, 12. 4, 10. 13.

4) In hac tamen columna vestigiorum umbrae adeo adutilatae sunt, ut in imaginem eas recipere noluerim.

quae in columna tertia exeunte inceperit. Praeter marginem superiorem cum exteriore quoque margine pars scripturae periit: margo inferior fere integer exstat. Scripturae ipsius contextus fenestris hic illic interruptus propter ductuum pallorem passim nisi acidis adhibitis non facile extricari potest¹⁾. Accedit quod ii, qui in laceris membranae laciniis resarciendis neglegentem operam collocaverunt, non solum integras columnas glutine illiverunt sed etiam magna ex parte ipsam scripturam obtexerunt. Duo vero singulorum versuum interstitia in folii primi columna quarta, ex quibus rubricas ibi exstitisse non absurde aliquis colligat, cum praesertim numeri rubricarum etiam nunc legantur, utrum olim minio picta an potius futuro rubricatori reservata vacuaque relicta fuerint, dici nequit: certe hodie litterarum vestigium nullum superest. Mendis codex non caret: in orthographicis non nisi semel peccatur²⁾.

Sed haec hactenus de scripturae indole: argumentum utriusque folii, quod ad ius fisci spectare in propatulo est, hoc modo exponitur: In folio primo agitur de iure deferendi eorum qui ex testamento mortisve causa aliquid capere non potuerint (§ 1—4), interiecto deinde fragmento incerti argumenti agitur de bonis eorum qui fisco obligati sint et de iis negotiis quae quibusdam ob administrationem fiscalem interdicta sunt (§ 5—7), tum de poenis ob alienationem rerum litigiosarum et fugitivorum absentium. In folio secundo agitur de iure Caesaris patroni in bona libertorum (§ 10—13), deinde interiecto alio fragmento argumenti incerti de modo quo bona fisco vindicanda sint (§ 14. 15), postea de causis quibus advocati fisci interesse prohibeantur (§ 16—18), postremum de bonis quae fisco commissa sint et de revocandis

1) Gallae infuso usi sunt viri docti, qui ante me fragmentum descripserunt: equidem adhibui medicamentum, quo G. Studemund in Gaii codice usus est: quod ne vestigium quidem in membrana reliquit.

2) II, 4, 11 'deuitore'.

iis quae in fraudem fisci vel a debitore eius vel a criminis reo alienata sint (§ 19. 20): incipit denique caput de fideiussore eius qui cum dispensatore contraxerit (§ 21).

Quodsi num primitus haec duo folia inter se cohaeruerint, dici non posse supra demonstratum est, ne hoc quidem ex argumenti ipsius tenore dignosci potest, utrum eorum alteri praecesserit, si quidem quo consilio ductus auctor materiam exposuerit non satis liquet: quamquam quem Huschke sibi videtur repperisse ordinem, non omnino reprobarim. Vult v. d. tractari ius fisci I ratione negotiorum, quae ab aliis propter publicam quandam utilitatem inutiliter gerantur sive mortis causa sive inter vivos (§ 1—4^a), II ratione negotiorum, quae ipsius fisci nomine maxime a servis Caesaris contrahantur (§ 5—7), tum agi III de multis sive poenis pecuniariis, quae illicite gestorum nomine in fiscum rediguntur (§ 8. 9): sequi in altero folio IV de lucris quae fiscus ex licitis privatorum negotiis vel mortis causa capiat vel inter vivos (§ 10—13), denique V de his quae fisci ratione agere liceat sive etiam oporteat vel non, tam his qui munere aliquo fiscali funguntur quam privatis (§ 14—21). Sed neque quod posuit secundo loco de negotiis, quae fisci nomine contrahuntur, referri potest ad § 5 et sequentes paragraphi ita potius dispositae sunt, ut primum de personis agatur cum quibus contrahi non liceat, deinde de rebus de quibus contrahi interdictum sit. Eo vero nomine vituperandus non est v. d., quod in distribuendo argumento rationem non habuit duarum illarum rubricarum (I, 4, 4. 17), quarum numeri XXVI et XXVII nunc demum reviviscunt: cur enim his solis nec simul aliis capitibus veluti § 6. 18 rubricae in codice adpositae fuerint, idonea ratio nulla est: nisi quis non de genuino veteris iuris auctoris opere sed de epitoma eiusmodi operis ad exemplar Pauli sententiarum vel Ulpiani regularum confecta cogitare ausit. Auctorem operis scripsisse aut saeculo secundo exeunte aut tertio p. Chr. satis consentaneum est: excipiendum tamen est propter § 3 id

tempus quod intercessit inter datam constitutionem Antonini Caracallae (Ulp. 17, 2), qua ius patrum in vindicandis caducis sublatum est, eiusque abolitionem factam ab Opilio Macrino¹⁾.

Restat ut exponam, quo consilio hanc editionem adornaverim. Ac primum quidem ut contextus lacunae supplendo rectius redintegrari possent, accuratissimum foliorum exemplum conficiendum erat. Quod quominus ope artis photographicae efficeretur, scripturae pallor membranarumque modo distractarum modo contractarum rugosa caries impediverunt. Quamobrem codicis imaginem transscribendo restituere temptavi et in primis curavi, ut, ubi pars scripturae perierit, spatium litterarum superstitem quoad fieri potest observaretur. Praeterea monendum est, quod Hollwegium fugit, dextrae parti superiori folii primi adglutinatas esse lacinias duas ab eadem manu scriptas, quae quo pertineant incertum est. Eo igitur modo pars scripturae versus primi columnae tertiae his laciniis obtectus delitescit insuperque altera harum laciniarum supra alteram glutine compacta, quid in inferiore lacinia scriptum fuerit, ex parte obscuravit. Atque de inferioris lacinae pagina versa — utraque enim lacinia ut par est in utraque membranae pagina scripta fuit — hae litterae apparuerunt ex duobus versibus superstites: *c* (vel *e*) *iu** | *e** (*r* vel *p* vel *b*): de superioris autem lacinae pagina recta hae litterae dignoscuntur ad duos versus et ipsae pertinentes: *ita con* | * (*a?*) *red*. Removeere eas ausus non sum, ne una alterave harum laciniarum hoc conatu pessumdaretur: nec vero aliud emolumentum fragmenti nostri crisi inde redundasset, nisi ut duobus fere litteris versus primus columnae tertiae locupletaretur. Incertas litteras punctis circumscripsi: quae litterae post curas Hollwegii perierunt (quod nisi I, 2, 5 et 3, 5 non accidit) eas ita repetii, ut intra

1) Cf. Dio Cass. (Xiphilin.) 78, 12, Capitolin. in Macrino c. 13. De iis quae praeterea de auctore fragmenti disputaverint vv. dd., conferantur praefationes Boeckingii et Huschkii.

fenestrarum notas ad modum exempli Hollwegiani eas adumbrarem.

In contextus ipsius qui iam sequitur tenore litteras mutilas tacite supplevi: confidentius autem interpretandi supplendique munus cedit ei qui ipsum codicem inspexerit. Itaque tenendum est eas litteras, quas in imagine mutilas in ipso verborum contextu communibus typis reddidi, certissimas esse et ne cum aliis quidem similimis pro criticorum libidine mutari licere. Nimis incertas litteras in notis tantum commemoravi: in contextu et pro his et pro eis quae fenestris absorptae interciderunt vel propter pallorem membranaeue cariem legi prorsus nequeunt, totidem asteriscos posui: ubi numerus deperditarum litterarum definiri divinando non potuit, lineis usus sum. Quae in laciniis illis adglutinatis de quibus supra dictum est leguntur, in contextu omittenda erant, ne falso loco legerentur, quae ad alium et ignotum locum pertinerent. Inclinatorum litteris et supplementa et emendationes scribuntur. Notas autem criticas ad versus tabularum redegi, qui in contextu minutis typis indicantur. *C* est lectio codicis: ubi scriptura in ipso codice emendatur, quod primo scripserit librarius, significatur sigla *C^a*, emendatio sigla *C^b*¹⁾. Addidi in notis locos principales, quos ad haec fragmenta illustranda priores editores congesserunt. Adieci denique in fine indicem siglarum.

Opella a me in hoc opusculo posita hoc unum velim viris doctis persuaderi aberrare et a vero et ab officio editorum eos, qui ingenio solo freti ad unum omnia quae desperata sunt restitui posse animum inducant.

Scribebam Veronae Kalendis Augustis a. 1868.

1) *C^b* aut eadem manus est quae *C^a* aut certe huic coeva.

Folium primum.

I

¹***** t capere poss**

1 ²Heredi eius qui capere ³non poterat deferendi ⁴potestas concessa non est, nisi si ⁵ostendi possit eius u***** ⁶decessisse defunctum, ⁷ut deferre se uellet.

2 ⁶Antequam quis ab alio defe⁹ratur, ipse se defer¹⁰re debet: alias sero ¹¹ad auxilium delatio¹²nis confugit. quodsi per er¹³rorem se detule¹⁴rit, nihil ei officit in¹⁵considerata diligentia.

3 ¹⁶Ius patrum non minui¹⁷tur, si se is deferat, qui ¹⁸solidum id quod relic¹⁹tum est capere non potest. sa²⁰ne si post diem centensi²¹mum patres caducum ²²uindicent, omnino ²³fisco locus non est.

4 ²⁴Si se is deferat, cui taci

1 *****] * i(?) nq(?) u(?) a(?) t C 2 eius qui bis C^a 4 non] Savigny, om. C 5 u * (o uel e uel c uel d uel q) ****] uoluntatis, quod proposuit Goeschen, cum plene scriptum esse non possit nec alibi sigla scriptum inueniatur, recipere nolui: certe supra u nulla est linea 6 defunctum] Goeschen, de ***** uel de ***** (fuerit defunctū) C 7 uellet] Huschke, u ***** C 9 derferre C^a 10 alialias C^a 12 per er[erorem C 20 si] scr. nisi 23 fiscus C^a 24 taci] tacitum fideicommissum Goeschen.

§ 1 cf. l. 13 § 5. 6 D. de iure fisci (49, 14) § 2 cf. l. 13 § 10 l. 2 § 7 eod. § 3 cf. Gai. 2, 206. 207. 286. Ulp. 1, 21. § 4 cf. l. 1 pr. l. 42. 49 eod.

II

¹ ——— ²***consid*— ³**ceterum— ⁴tam personam— ^{4^a} ⁵— gu— ⁶— eius rei — ⁷— nister uero f*— ⁸quadruplum*— ⁹— nomen sequi fis*** ¹⁰*tet.

Bona eorum ¹¹qui cum fisco contrahunt ** ¹²*e uacuaria ⁵ uelut pig¹³noris iure fisco obligan¹⁴tur non solum ea quae ¹⁵habent, sed et ea quae postea ¹⁶habitura sunt.

¹⁷Edicto diui Traiani cauetur, ¹⁸ne qui prouincialium ⁶ cum ¹⁹seruis fiscalibus contrahant ²⁰nisi adsignante procura²¹to: quod factum ²²dupli damno uel reli²³quorum exsolutione pen²⁴satur. et ideo qui cum

2 u. praef. p. 10 ***] *n (?) c (uel e uel c̄ uel c̄) C consid*] ultima littera e uel similis est C 3**] t(?) * C 5 u] legit Hollweg, hodie non exstat C 7 — nister uero f* (i uel r uel similis littera) —] minister uero fraudis Mommsen 9 nomen] nom. (= nomen uel nomine) C 10 fis****tet] fuerit fisc' o]ptet (= fiscum oportet) eorum] e** uel e*** (eor'?) C 11 **]*e uacuaria] lege uicesimaria (xxmaria) Boecking 12 pig[noris] Heise, ***]*oris C 13 obligan[tur] Heise, o****]*ur C: fuerit obligā 15 habet C^a et] Huschke, om. C quae postea] quae poste*(a?) quae postea C^a 16 post sunt (s) uacuum sequitur spatium: quae uidit Hollweg, ex altera pagina perlucet 17 cau** (cauet?) C 19 contrah* (u? non a) ** C 20 factum] factum uel Lachmann 23 exsolutione] Lachmann, eius solutione C

§ 4^a cf. l. 46 D. de contrahenda emptione (18, 1) l. 46 § 2 D. de iure fisci (49, 14)

§ 5 cf. l. 2 C. in quibus causis pignus (8, 15)

III

¹ — — — ² — — — um* ³ — cus ido*** ⁴ — — contra amo
 ***que ⁵ — sa*m — ⁶ — o contrax — ⁷ — i non in cu — ⁸ *u*
 tamen eorum** ⁹ **uere cogitur na* ¹⁰ ***contractu ad eum
 lo* ¹¹ **io peruenit ht* ¹² **Caesaris ab adm¹³nistratiōne
 rerum ¹⁴ **arum itemque commu¹⁵nium rerum commer¹⁶cio
 non prohibentur: adeo ¹⁷ et stipulari ab his et ¹⁸ emere do-
 natumue ¹⁹ accipere possumus, nisi cum ²⁰ in fraudem por-
 tio²¹nis Caesaris fiat.

7 ²² Qui mutuam pecuniam contra interdic²³tum dispensa-
 tori ui²⁴carione eius crediderit

1 u. praef. p. 10 3 ido***] idone*? 5 sa*m] sa*(t? i?), quae
 legit Hollweg, hodie non exstant 6 o sax C^a 8 *u*] *ur(?) C:
 fulne tur 9 **uere] scr. cauere 11 io] ior C^a ht*]**] hereditate?
 12 caesaris] supra c incertum aliquid scriptum est C adm|nistra-
 tione] Lachmann, ad**|****ratione C 13 rerum] reru*, non rerū C:
 certe in hoc uocabulo desinit uersus 14 **arum] suarum? agi uide-
 tur de eo qui, cum administrationem aliquam fiscalem gereret, siue heredi-
 tario iure siue ex alia causa socius Caesaris factus esset 17 sipulari C^a
 cum] *' (c'?) C 20 credit C^a

IV

¹ — — in poenam ² ** — enitur, quia quod ³ credidit non
 amisit.

⁴ XXVI

⁵ Qui contra edictum diui Augusti rem litigiosam a ⁷ non s
 possidente comparauit, prae⁸terquam quod emptio nul⁹lius mo-
 menti est, poenam ¹⁰ quinquaginta sestertiorum fisco re¹¹praes-
 sentare compellitur. res autem ¹² litigiosa uidetur, de qua lis
¹³ apud suum iudicem ¹⁴ delata est. sed hoc in prouinciali-
 bus ¹⁵ fundis praua usurpa¹⁶tione optinuit.

¹⁷ XXVII

¹⁸ Absentes fugitios ¹⁹ uenudari aut comparari ²⁰ am- 9
 plissimus ordo ²¹ prohibuit: denunciata ²² in emptorem uendi-
²³ toremque poena sestertiorum quinquaginta, ²⁴ quae hodie
 fisco uindi

2 ** (n?) — enitur] *** m p(?) *s(?) enit? legit Hollweg: neque dupli
 conuenitur neque dupli uenitur in lacuna stare possunt 5 qui contra]
 ** (q̄?) C 8 quod om. C 10 rubricam 24 uindi] uindicatur Niebuhr

Folium secundum.

I

- 10 ¹*** — — ²excepto castrensi ³peculio bona sua con⁴ferre debebunt.
- 11 ⁵Caesare a liberto suo *ex as* ⁶se herede instituto *filia* ⁷iure ad semissem uo⁸catur: cum extraneis uero ins⁹tituto *filia* ex se¹⁰misse extraneis, ¹¹non *etiam* Caesari adrescit. ¹²quodsi plus semisse Cae¹³sar accepit, in id quod plus ¹⁴est *etiam* Caesari adrescit.
- 12 ¹⁵Libertae Caesaris tam ¹⁶manumissione quam beneficio con¹⁷iunctionis effectae ¹⁸si testatae decedant, ¹⁹dimidium, si intesta²⁰tae, totum fisco uin²¹dicatur. sane patris et ²²patroni ignorantis ²³ius non minuitur.
- 13 ²⁴Ancilla Caesaris, quae quinque li²⁵beros habuerit, in nu

1 ***] * (c uel e uel o uel d) ** (c uel e uel o uel d) C 7 iure] ex iū (non pū) C uocatur] ** cat C 8 extranei C 9 filiam C semissem extranei C 11 etiam] et (non et) C 16 scr. manumissionis beneficio quam coniunctione totum] * o (uel d) tum C

§ 11 cf. Gai. 2, 124 Ulp. 22, 17 Lex Rom. Burgund. 45

§ 12 cf. Tacitus Ann. 12, 53 Paul. 4, 10, 2 l. 3 C. Th. ad SC. Claud. (4, 11) si testatae sq.] cf. Gai. 3, 44 Ulp. 29, 3

§ 13 cf. Columella 1, 8, 19

II

¹ — — — ² — — — ³ ** n — — ⁴ caes — — ⁵ * orem — — ¹³^a ⁶ ** milibus s — — ⁷ — — — ⁸ *** edan — — ⁹ * um *** na — ¹⁰ dicantur ** q̄ — ¹¹ causa fisco ae * — ¹² p ** non possunt n ***** ¹³ en **** uato contra *** n ** ¹⁴ inter se fisco stipulantur.

¹⁵ Eorum bonorum quae ¹⁶ ad fiscum pertinere dicun¹⁷tur ¹⁴ si controuersia moueatur, ¹⁸ ante sententiam nec obsigna¹⁹ri nec describi aut in²⁰corporari possunt. idem ser²¹uatur et cum a sententia prouo²²catio interponitur.

²³ Pro his bonis, quae fiscus in²⁴quietat, manus oppo²⁵nere ¹⁵ nemo quidem prohib

6 **] * x C? 12 n **] na(?) * (aut p aut r aut b), non N (= nam) a * uel na * C ****] *** p (= per) aut q (= quam) C 13 * uato] i (aut u aut n aut q) uato C 18 sententiam] sam (non sam) C ob-sign * | na ** (obsigna | nari?) C 22 interponitur] p in C casu expunctum uidetur 24 opti | nere C 25 prohib] prohibetur Goeschen

§ 13^a cf. l. 42 D. de receptis (4, 8)

§ 14 cf. Paul. 5, 12, 6 l. 5, 7 C. de iure fisci (10, 1)

III

- 1 — — — 2 — — tur 3 — — es *** 4 — — rian * 5 — — pel-
lunt 6 — — io * i ** rā 7 —
- 16 — ** — 8 — — tum officium *** 9 ** fiscum, a quo
sala¹⁰rium acceperunt nisi in ¹¹suis uel parentum filiorum ¹²pup-
pillorumue suorum causa, ¹³libertorum etiam, adesse prohi-
ben¹⁴tur et si adfuerint, infa¹⁵mia plectuntur. sane ¹⁶hoc
principali beneficio ¹⁷impetrare non prohiben¹⁸tur.
- 17 Fisci aduocati, ¹⁹quibus ad tempus officium ²⁰mandatum
est, quia salari²¹um non accipiunt, ²²contra fiscum adesse non
prohi²³bentur.
- 18 Capite le²⁴gis censoriae caue²⁵tur, ut non tantum, cum
quid

4 rian*] riant aut riani (Caesariani?) C 5 uix pellunt' (= pel-
luntur) C 6 io*i] iogi aut ioci (non loci uel ioēi) C 7 **] ei C?
§ 16 in. sic fere restituenda: fisci aduoca|ti et (et exciderit in C necesse
est) p' (= post) depositum of. (= officium) con|tra fiscum 11 suis uel
parentum] ***** C: fuerit suis ū pentum 12 pupillorumue] scriptum
fuerit puplor'ue? 14 adfue*(r = rint?) *nfamia C 15 sane]
Boecking, *ane (non *anē) C 16 beneficio] fuit b̄ficio

§ 16 cf. l. 1. 2 C. de aduoc. fisci (2, 8) l. 13. 22 § 1. 24 § 1 C. de
aduoc. diu. iud. (2, 7) l. 10 pr. D. de postulando (3, 1.): Paul. l. sing.
regularum: Hi qui fisci causas agunt, suam uel filiorum et parentum
suorum uel pupillorum, quorum tutelas gerunt, causam et aduersus
fiscum agere non prohibentur § 17 cf. l. 1. 2 C. de aduoc. fisci (2, 8)
l. 11 pr. D. de postulando (3, 1) § 18 cf. l. 2 C. de uectigal. (4, 61) l. 1
C. Th. de quinquenni praeser. (4, 15)

IV

- 1 — — — 2 praestatur, cuius rei omis³sa professio com-
mis⁴so intra quinquennium locum ⁵facit.
- Earum rerum ⁶nomine, quae per fraudem ⁷fisco ablatae ¹⁸
sunt uel professi⁸oni subtractae, qua⁹druplum fisco depen¹⁰di-
tur, alias duplum.
- ¹¹A debitore fisci in frau¹²dem datas libertates re¹³trahi ¹⁹
placuit. sane ipsum ¹⁴ita emere, ut manumittat, ¹⁵aut fidei-
commissam libertatem praestare non est ¹⁶prohibitum.
- Ab eo qui ¹⁷reus criminis pos¹⁸tulatus aduersam senten- ²⁰
tiam ¹⁹meruit, tempore ²⁰reatus quocumque mo²¹do alienata
a fisco cum ²²quadruplis fructibus ²³reuocantur.
- ²⁴Fideiussorem eius, qui cum ²⁵dispensatore contraxit, ip ²¹

3 professio] professio intra C^a commisso intra] Mommsen, com-
mis*o(?) i(?)n(?)tra C 5 facit] Mommsen: in foramine non plures quam
6 litterae perierunt: pars uersus quae exstat ante earum scriptura uacat: ci,
quod ibi legit Hollweg, sunt ductus ex altera pagina perlucens 7 ab-
lata C 8 subtracta C 9 defen|ditur C 11 deuitore C 15 praes-
tare] Huschke, praestet C

§ 18^a cf. l. 16 § 10 D. de publicanis (39, 4) § 19 cf. l. 45 § 3 D.
de iure fisci (49, 14): Paul. l. 5. sentent.: A debitore fisci in fraudem
datas libertates retrahi placuit. sane ipsum ab alio emere mancipium,
ut manumittat, non est prohibitum: ergo tunc et libertatem praestare
possit. l. 11 § 1 l. 16 § 3 D. qui et a quib. manum, (40, 9) sane sq.]
cf. l. 10 D. de manumiss. (40, 1) § 20 cf. l. 11 § 1 D. de bonis damnat.
(48, 20) l. 20 de accusationibus (48, 2)

Index siglarum.

ā = aut
 1, 4, 19. 2, 4, 15
 ā in fine uersus = am
 Sā 2, 4, 18
 ap = apud
 1, 4, 13
 at = autem
 1, 4, 10

 b. = bus
 fructib. 2, 4, 21
 pūalib. 1, 4, 14
 b = ber, berta
 u. lib
 bf = benef, benefi
 b(f)icio 2, 3, 16?
 bfcio 2, 1, 16

 c̄ = causa, cau
 2, 3, 12
 csa 2, 2, 11
 c = cen
 ctensimum 1, 1, 20
 c̄ = cura
 pctore 1, 2, 20
 c' = cum
 1, 2, 11 3, 19 2, 1, 8 3, 24
 4, 21
 caduc' 1, 1, 21
 fisc' 2, 2, 16
 loc' 2, 4, 3
 quoc'(q.) 2, 4, 20
 caēs = caesare, caesari
 2, 1, 5. 14
 c̄ = con, com
 ccessa 1, 1, 4
 ofungit 1, 1, 12
 oiunctionis 2, 1, 16
 inosiderata 1, 1, 15
 omis** 2, 4, 3
 om(uni)um 1, 3, 14
 opari 1, 4, 19
 opauit 1, 4, 7
 opellit' 1, 4, 11

 s̄ s = contra
 s̄ 1, 3, 22. 4, 5? 2, 2, 13
 s 2, 3, 22
 shunt 1, 2, 11. 19
 s̄xit 2, 4, 25
 (S)ūsia 2, 2, 17
 cui = cuius
 2, 4, 2

 d̄. = dem
 id 2, 2, 20
 d̄ = diui
 1, 4, 5
 d̄ = diui
 1, 2, 17

 ē in fine uersus = em, en
 fraudē 2, 4, 6
 phibētur 2, 3, 13. 17
 ē = est
 1, 1, 4. 19. 23. 4, 9. 14. 2, 1,
 14. 3, 20. 4, 15
 e' = eius
 1, 1, 2. 5. 2, 6. 23. 3, 24. 2, 4,
 34.
 eē = esse
 adeē 2, 3, 13. 22
 et = etiam
 2, 1, 14. 3, 13

 fc = fideicommissam
 2, 4, 15

 h̄ = here, heredi?
 h̄de 2, 1, 6
 h̄di 1, 1, 2
 ht**** 1, 3, 11
 h' = hoc
 1, 4, 14

 i. = insti
 i.tuto 2, 1, 6

 † = inter
 †dictum 1, 3, 22
 †ponitur 2, 2, 22

id = idem
 2, 2, 20
 iū = iure
 1, 2, 13. 2, 1, 7

 l. = lum
 quadrupl. 2, 4, 8
 l;ta l̄ta = quinquaginta
 1, 4, 10. 23
 lib = liber, liberta
 libto 2, 1, 5. 3, 13
 libtae 2, 1, 15.
 libtem 2, 4, 15
 libtes 2, 4, 12

 m̄ = man, men
 m̄datum 2, 3, 20
 mōmti 1, 4, 9
 m̄. = men uel mine
 nom. 1, 2, 9
 m' = mus
 p'sum' 1, 3, 19
 m̄msione = manumissione 2, 1, 16
 m̄mtat = manumittat 2, 4, 14

 N = nam
 1, 4, 9
 n̄ = non
 1, 1, 3. 16. 19. 23. 2, 14. 3, 7.
 16. 4, 3. 2, 1, 11. 23. 3, 13. 17.
 22. 25. 4, 15.
 n' = nec
 2, 2, 18
 nom. = nomine
 1, 2, 9

 of(f.) = officium
 2, 3, 8

 p̄ = potest
 1, 1, 19
 p̄ = prae
 p̄statur, p̄stet 2, 4, 2. 15
 p̄tquam 1, 4, 7
 rep̄sentare 1, 4, 11
 p' = pos
 p'sit 1, 1, 5

 p's 2, 2, 11. 20
 p'sum' 1, 3, 19
 p's** 1, 1, 1
 p' = post
 1, 1, 20
 p'ea 1, 2, 16
 p = par
 opauit 1, 4, 7
 opari 1, 4, 19
 p = per
 2, 2, 12? 4, 6
 ptinere 2, 2, 16
 puenit 1, 3, 11
 accipe 1, 3, 19
 p̄ = pro
 2, 2, 23
 pctore 1, 2, 20
 pfessio 2, 4, 2. 6
 phibent' 1, 3, 16. 2, 3, 13. 17.
 22.
 phibuit 1, 4, 14
 phib 2, 2, 25
 pūalib. 1, 4, 14
 pūalium 1, 2, 18
 puocatio 2, 2, 21
 p̄tas = potestas
 1, 1, 1
 p̄c = pecuniam
 1, 3, 22
 plit = placuit
 2, 4, 13
 pctore = procuratore
 1, 2, 20
 pūal = prouincial
 pūalibus 1, 4, 14
 pūalium 1, 2, 18
 puplor'? = pupillorum
 2, 3, 12
 q̄ = quae
 1, 4, 24. 2, 1, 24. 2, 15, 23.
 4, 6
 q̄ = que
 ūditoremq̄ 1, 4, 23
 q̄. (uel q̄) = quae
 1, 2, 15
 q' = quae
 1, 2, 14

q. = que itemq. 1, 3, 14	S ^{torum} = sestertiorum 1, 4, 10
q̄ = qua 1, 4, 12	t' = tur cauet' 2, 3, 25
q = quam 2, 1, 16. 2, 12?	cogit' 1, 3, 9
anteq 1, 1, 8	opellit' 2, 4, 11
q̄ = quod 1, 1, 12. 18. 4, 2. 2, 1, 12. 13	dicant' 2, 2, 10
q̄ = quia 1, 4, 2. 2, 3, 20	dicunt' 2, 2, 16
q̄ = qui 1, 1, 17. 2, 18. 3, 22? 2, 4, 15	-enit' 1, 4, 2
q̄s 1, 1, 8	defendit' 2, 4, 10
qb = quibus 2, 2, 25	plectun(t') 2, 3, 15
quadrupl. = quadruplum 2, 4, 8	seruat' 2, 2, 21
r. = rem fideiussor. 2, 4, 24.	uidet' 1, 4, 12
r' = rum filior' 2, 3, 11	uindicat' 2, 1, 21
puplor' 2, 3, 12	——t' 2, 3, 2
quor' 1, 2, 23	t. = tum -t. 2, 3, 8?
rer' 2, 4, 5	τ = ter 1, 2, 7. cf. S ^{torum}
r̄ = runt (a)cce(p)eṛ 2, 3, 10	t̄ = ter p̄tquam 1, 4, 8
r̄ = rint adtule(t') 2, 3, 14	temp' = tempus 2, 3, 19
R = res 1, 4, 11. 2, 1, 14	tm = tamen 1, 3, 8?
adercit 2, 1, 11	ū = quinque 2, 1, 24
s. = sare, sari u. caeṣ	ū.nium = quinquennium 2, 4, 4
s̄ = sunt 1, 2, 16. 2, 4, 7	ū = uer habūit 2, 1, 25
p̄s̄ 2, 12, 20.	ū in fine uersus = um rerū 1, 3, 13
s' = sed 1, 2, 15. 4, 14	cū 2, 4, 24
Sa = sententia 2, 2, 21	ū = ure iū 1, 2, 13. 2, 1, 7
sā 2, 4, 18	ū = uen ūditoremq̄ 1, 4, 22
sam errore pro sam 2, 2, 18	ū = uer adūsam 2, 4, 18
ss = sestertiorum 1, 4, 23	(s)ūsia 2, 1, 17
	ū = uinci cf. pū
	ū = uero 1, 2, 7. 2, 1, 8
	ūū = uelut 1, 2, 12

BIBLIOTHECA GRAECA
VIRORUM DOCTORUM OPERA
RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA
CURANTIBUS
FR. JACOBS ET VAL. CH. FR. ROST.
LIPSIÆ IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

Bedeutend ermässigte Preise.

Erschienen sind bis jetzt:

Aeschinis oratio in Ctesiphontem, notis instr. <i>I. H. Bremi.</i> 8. mai. 1826.	— 7 1/2
Aeschyli Choephorae, illustr. <i>R. H. Klausen.</i> 8. mai. 1835	— 22 1/2
—— Agamemno, illustr. <i>R. H. Klausen.</i> Ed. II. ed. <i>R. Enger.</i> 8. mai. 1863.	1 7 1/2
Anacreontis carmina, Sapphus et Erinnae fragmenta, annotatt. illustr. <i>E. A. Moebius.</i> 8. mai. 1826	— 6
Aristophanis Nubes, Ed. illustr. praef. est <i>W. S. Teuffel.</i> Ed. II. 8. mai. 1863.	— 12
Delectus epigrammatum Graecorum, novo ordine conc. et comment. instr. <i>Fr. Jacobs.</i> 8. mai. 1826.	— 18
Demosthenis conciones, rec. et explic. <i>H. Sauppe.</i> Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I—III.) Ed. II. 8. mai. 1845	— 10
Euripidis tragoediae, ed. <i>Pflugk et Klotz.</i> Vol. I, II et III. Sect. I—III.	4 27
Einzeln:	
—— Medea. Ed. III.	— 15
—— Hecuba. Ed. II.	— 12
—— Andromacha. Ed. II.	— 12
—— Heraclidae. Ed. II.	— 12
—— Helena. Ed. II.	— 12
—— Alcestis. Ed. II.	— 12
—— Hercules furens	— 18
—— Phoenissae	— 18
—— Orestes	— 12
—— Iphigenia Taurica	— 12
—— Iphigenia quae est Aulide	— 12
Hesiodi carmina, recens. et illustr. <i>C. Goettling.</i> Ed. II. 8. mai. 1843.	1 —
Einzeln:	
—— Theogonia	— 7 1/2
—— Scutum Herculis	— 5
—— Opera et dies	— 10
—— Homeri certamen, fragmenta et vita Hesiodi	— 15
Homeri Ilias, varietat. lect. adi. <i>Spitzner.</i> Sect. I—IV. 8. mai. 1832—36.	1 15
Einzeln:	
—— Sect. I. lib. 1—6	— 9
—— Sect. II. lib. 7—12	— 9
—— Sect. III. lib. 13—18	— 13 1/2
—— Sect. IV. lib. 19—24	— 13 1/2
Die einzige Ausgabe der Ilias, welche den kritischen Apparat vollständig enthält.	
Lysiae et Aeschinis orationes selectae, ed. <i>I. H. Bremi.</i> 8. mai. 1826.	— 15
Lysiae orationes selectae, ed. <i>I. H. Bremi.</i> 8. mai. 1826	— 9
Pindari carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. <i>L. Dissen.</i> Ed. II. cur. <i>Schneidewin.</i> Vol. I. 1843.	1 9
—— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) 1846. 47. (à 15 Ngr.)	1 —
Platonis opera omnia, recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit <i>G. Stallbaum.</i> X voll. (21 Sectiones). 8. mai. 1836—61. compl.	21 15
Einzeln:	
—— Apologia Socratis et Crito. Ed. IV. 1858	— 24

Platonis opera omnia ed. <i>G. Stallbaum</i> .	<i>1838 1871</i>
— Phaedo. Ed. III. 1866	— 27
— Symposium c. ind. Ed. III. 1852	— 22½
— Gorgias. Ed. III. 1861	— 24
— Protagoras c. ind. Ed. III. ed. <i>Kroschel</i> . 1865	— 18
— Politia sive de republica libri decem. 2 Voll. Ed. II.	2 15
Einzeln:	
— Vol. I. Lib. I—V. 1858	1 12
— Vol. II. Lib. VI—X. 1859	1 3
— Phaedrus. Ed. II. 1857	— 24
— Menexenus, Lysis, Hippias uterque. Io. Ed. II. 1857	— 27
— Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II. 1857	— 27
— Cratylus cum ind. 1835	— 27
— Euthydemus. 1836	— 21
— Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae et Hipparchus. 1836	1 12
— Timaeus et Critias. 1838	1 24
— Theaetetus. 1839.	1 12
— Sophista. 1840	— 27
— Politicus et incerti auctoris Minos. 1841	— 27
— Philebus. 1842	— 27
— Leges. Vol. I. Lib. I—IV. 1858	1 6
— Vol. II. Lib. V—VIII. 1859	1 6
— Vol. III. Lib. IX—XII. et Epinomis. 1860	1 6
Sophoclis tragoediae, rec. et explan. <i>E. Wunderus</i> . 2 Voll. 8. mai. 1847—57	3 —
Einzeln:	
— Philoctetes. Ed. III.	— 12
— Oedipus tyrannus. Ed. IV.	— 12
— Oedipus Coloneus. Ed. III.	— 18
— Antigona. Ed. IV.	— 12
— Electra. Ed. III.	— 12
— Aiax. Ed. III.	— 12
— Trachiniae. Ed. II.	— 12
Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri VIII, explan. <i>E. F. Poppo</i> . 4 Voll. 8. mai. 1843—1866	4 —
Einzeln:	
— Lib. I. Ed. II.	1 —
— Lib. II. Ed. II.	— 22½
— Lib. III.	— 18
— Lib. IV.	— 15
— Lib. V.	— 15
— Lib. VI.	— 18
— Lib. VII.	— 15
— Lib. VIII.	— 15
— Indices et de historia Thucydidea commentatio	— 20
Xenophontis Cyropaedia, comment. instr. <i>F. A. Bornemann</i> . 8. mai. 1838. — 15	
— Memorabilia (Commentarii), illustr. <i>R. Kühner</i> . 8. mai. 1858.	
— Ed. II.	— 27
— Anabasis (expeditio Cyri min.), illustr. <i>R. Kühner</i> . 1852	1 6
Einzeln à 18 <i>1871</i> :	
— Sect. I. Lib. I—IV.	
— „ II. „ V—VIII.	
— Oeconomicus, rec. et explan. <i>L. Breitenbach</i> . 8. mai. 1841	— 15
— Agesilaus ex ead. recens. 8. mai. 1843	— 12
— Hiero ex ead. rec. 8. mai. 1844	— 7
— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.), ex ead. rec. 8. mai. 1853	— 12
— Sect. II. (lib. III—VII.), ex ead. rec. 8. mai. 1863	1 18

Unter der Presse befinden sich:

Pindari carmina edd. *L. Dissen* et *F. W. Schneidewin*. Sect. II. Fasc. III.:
 Commentarius in Carmina Nemea et Isthmia nec non in fragmenta ab
E. de Leutsch confectus.

3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.

ITAM UN
SREO
CUSIDO
SANTO
SAD
OSIX
ININCU
UL MEOR
UERECOGIT NA
CTUADEUMLO
IORPUENIHT
CAESARISABAD
RATIONERERU
ARUMITEMQIM
UFRERUMIME
CIONHIBENTADEO
ETSIPLARIABHISE
MEDONATUMU
ACCIPERSM'NISI
INFIUDEMPORTIO
ISCI SARISFIAT
MUTURMPECSDIC
UMDISPENSATORIU
CARIOUEECREDITORIT

q' XXVI

U

IN O
ENIT Q' Q'

IDITNAMISIT

DICTUMDAUCY
NLTICIOSAMA
DENTEPAUITP
TUMAMEMPTIONUL
LIUSMOMTIETPOEN
ETASTORUMFISCORE
ISENTAREPELLITRA
LTIICIOSAUDEDEEQUE
AP SUUMIUDICEM
DELATAESHINPUAK
FUNDISPRAUAUSURPA
TIONEOPTINUIT

II

ABSENTESFUGITIIVOS
UENUMDARIAIPARI
AMPLISSIMUSORDO
PHIBUITDENUNTIATA
NEMPTOREMUDI
TOREMQPENASSLTA
QHODIEFISCOUINDI

1. INQU. ICATE REP'S
 2. H DIE QUIE QUII CAPEI
 3. N POTERAT DEFE NDI
 4. PIAS) CESSA ENIS OS
 5. TEN DI P' SITE U
 6. DECESSISSE DE
 7. UT DE FERRES ET
 8. ANTE Q QS AB ALIO OCTE
 9. RATUR IPSE SEDER FER
 10. RE DEBET ALI ALIASSE P
 11. AD AUXILIUM DELATIO
 12. NIS) FUNCITQ SIP ERER
 13. ERROREM SEDE TULE
 14. RIT NIHILE IOFFICITIN
 15.) SIDERATA DILICENTIA
 16. US PATRUM N MINUI
 17. TUR SISEIS DEFERATQ
 18. SOLIDUM IDQ RELIC
 19. TUM ECAPEREN P SA
 20. NES IP' DIEM CTENSI
 21. MUM PATRES CADUC
 22. UINDICENTOMNIN
 23. FISCAS LOCUS NE
 24. SISEIS DEFERAT CUITACI

1. ICISIDE
 2. ETERUM
 3. TACONSONAM
 4. CU
 5. EREJ
 6. VISTUFI
 7. DRUOLUM
 8. NOM SEQUIFIS
 9. IET BONAE
 10. JIC FISCO SHUN
 11. EUACUARIAU
 12. ORISIUFISCO
 13. IRN SOLUM EAQ
 14. ABETS EAQ POSTE
 15. IPEX HABITURIS
 16. DICTO D TRAIANICAU
 17. NEQPUMUMUM
 18. SERUIS F CALIBUS I
 19. NISI ADSIGNATE P
 20. TORE QUOD FATUM
 21. DUPLIDAMMOURELI
 22. QUORE SOLUTIONE P
 23. SATURET IDEO QUI CU

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.

PELLUNT
IOCT RĀ
T OF
CUM NUOSA A
E ER NISI IN
EN U FILIOR
RESUO UNĒ
LIBTO ET A DEE
TURET SI AD FUC
NIAS PLECTUN
HOC PRINCIPAL
IMPETRARE NĒ
TUR FISCIA DU
QĒ AD TEMP OF
M DATUM E QĒS
UM NON ACCIP
S FISCUM AD E
BENTUR CAPITE
SISCENSORIA EC
TUTANTUM C' Q
UID

STATUR CUI REI OMIS
SAP FESSIO IN TRAMIS
TRAU NIUM LOC
EARUM RER
NE QP FRAUDE
ABLATA SUP FESSI
ONIS SUBTRACTA
DUP LFISCO DE FEN
DIT ALIAS DUP LUM
ADEUITORE FISCO IN FRAU
DEMODATA SIBTES RE
TRAHI P LITS ANE IPSUM
ITA EMERE UTM M TAI
AFCLIBTEM P S T E T NĒ
PHIBITUM AB EO Q
REUS CRIMINIS POS
TULATUS AD USAM SA
MERUIT TEMPORE
REATUS QUOC MO
DO ALIENATA AFISCO
QUADRUP LIS FRUCTIB
REUOCANTUR
FIDEIUSSOR E QUI CU
DISPENSATORE SXTIP

EXCEPTO CASTRENSI
 PECULIO BONASUA
 FERRE DE BEBU
 CAES. ALIBTOSU
 SE H. DE J. TUTO
 IUA D. SEMISSE
 CAT. C. EXTRANEI UINS
 T. TUTO FILIAM EX SE
 MISSE MEXTRANEI
 NET CAESARIA D. CR. CI
 Q. S. I. P. LUSSE MISSE CAE
 SARACCE M. IN. I. D. Q. P. L. S.
 E. E. T. CAES. AD. CR. CI
 LIB. T. A. E. CAES. AR. I. ST. AM
 M. M. S. I. O. N. E. Q. B. F. C. I. O.
 I. U. N. C. T. I. O. N. I. S. E. F. F. E. C. T. A.
 S. I. T. E. S. T. A. T. A. E. D. E. C. E. D. A. N. T.
 D. I. M. I. D. I. U. M. S. I. I. N. T. E. S. T. A.
 T. A. E. T. U. M. F. I. S. C. O. U. I. N.
 D. I. C. A. T. S. A. N. E. M. A. T. R. I. S. E. T.
 P. A. T. R. O. N. I. C. N. O. R. A. N. T. I. S.
 I. U. S. N. M. I. N. U. I. T. U. R.
 A. N. C. I. L. L. A. C. A. E. S. A. R. I. S. Q. U. I.
 B. E. R. O. S. H. A. B. U. I. T. I. N. N. U.

CAES
 OREM
 LIBS
 DA
 UMONA
 DICANT
 CSAFBSAE
 P. I. P. S. N.
 EN. I. U. A. T. O. S. N.
 + S. C. O. S. T. I. P. U. L. A. N. T. U. R.
 E. O. B. O. N. O. R. U. M.
 A. P. T. I. N. E. R. E. D. I. C. U. N.
 T. A. S. I. A. M. O. U. E. A. T. U. R.
 A. N. S. A. M. N. O. B. S. I. C. A.
 N. D. E. S. C. R. I. B. I. A. I. N.
 C. O. R. P. O. R. A. R. I. P. S. I. D. S. E. R.
 U. M. T. C. U. M. A. S. A. P. U. O.
 C. I. T. I. O. P. O. N. I. T. U. R.
 P. H. I. S. B. O. N. I. S. Q. F. I. S. C. U. S. I. N.
 Q. I. E. T. A. T. M. A. N. U. S. O. P. P.
 N. E. R. E. N. E. M. O. Q. D. P. H. I. B.

In B. G. Teubner's Verlag in Leipzig sind ferner erschienen:

- Aeschinis orationes e codicibus partim nunc primum excussis* edidit, scholia adiecit FERD. SCHULTZ. gr. 8. 1865. geh. 2 Thlr. 20 Ngr.
